

Admodum R/de Domine

1439

Retuli ad Sanctissimum Dominum Papam dubia proposita circa irregularitatem, quam se incurrisse suspicatur R/mus Dominus Simeon Vretania episcopus Rascianorum, et quidem tum ego et alii theologi
5 et iuriscanonicali periti quos consului, tum ipse Papa arbitramur, nulla irregularitate obstrictum esse praedictum R/mum D.Simeonem, si vera sint quae narrantur in literis eius. Veruntamen ad cautelam Sanctitas Sua cum illo dispensavit, neque opus esse credidit illum remittere ad alium, quia ad eiusmodi irregularitatem tollendam
10 ficit voluntas et verbum Papae; et hanc esse eius voluntatem testor ego, cui Papa ipse vivae vocis oraculo hoc significavit. R/ia V/a addat illi animum ut quamprimum reordinet sub conditione quos ordinavit antequam huc veniret, et diligenter evigilet super gregem sibi commissum. Ego vero me commendo sanctis precibus vestris, quippe
15 pe longissime absum ab ea perfectione, quam in me esse credit charitas vestra. Romae die 16 iunii 1614.

Admodum R/dae Dominat/is V/ae

Uti frater

Domino Martino Dobrovizio Sacerdoti in Juanich oppido Croatiae.

Archiv

20 Archiv.Vatic. Gesuiti 19 fo.316. Brouillon autogr.